A διὰ δὲ τὸ μὴ ἀπογράφεσθαι, μὴ δικάζωσι, μηδ' ἐκκλησιάζωσι. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ περὶ τὰ ὅπλα κεκτῆσθαι καὶ τὸ γυμνάζεσθαι νομοθετοῦσι. τοῖς μὲν γὰρ ἀπόροις ἔξεστι μὴ κεκτῆσθαι, τοῖς δ' εὐπόροις, ἐπιζήμιον μὴ κεκτημένοις. κἂν μὴ γυμνάζωνται, τοῖς μὲν οὐδεμία ζημία· τοῖς δ' εὐπόροις, ἐπιζήμιον· ὅπως οἱ μὲν, διὰ τὴν ζημίαν, μετέχωσιν· οἱ δὲ, διὰ τὸ μὴ φοβεῖσθαι, μὴ μετέχωσι. B ταῦτα μὲν οὖν ὀλιγαρχικὰ σοφίσματα τῆς νομοθεσίας. ἐν δὲ ταῖς δημοκρατίαις, πρὸς ταῦτ' ἀντισοφίζονται. τοῖς μὲν γὰρ ἀπόροις μισθὸν πορίζουσιν, ἐκκλησιάζουσι καὶ δικάζουσι· τοῖς δ' εὐπόροις οὐδεμίαν τάττουσι ζημίαν. ὥστε φανερὸν ὅτι εἴ τις βούλεται μιγνύναι δικαίως, δεῖ τὰ παρ' ἑκατέροις συνάγειν, καὶ τοῖς μὲν μισθὸν πορίζειν, τοῖς δὲ ζημίαν. οὕτω γὰρ ἂν κοινωνοῖεν C ἅπαντες· ἐκείνως δ' ἡ πολιτεία γίγνεται τῶν ἑτέρων μόνον. δεῖ δὲ τὴν πολιτείαν, εἶναι μὲν ἐκ τῶν τὰ ὅπλα ἐχόντων μόνον· τοῦ δὲ τιμήματος τὸ πλῆθος, ἁπλῶς μὲν ὁρισαμένοις οὐκ ἔστιν εἰπεῖν τοσοῦτον ὑπάρχειν· ἀλλὰ σκεψαμένοις τὸ, ποῖον ἐπιβάλλει μακρότατον· ὥστε τοὺς μετέχοντας τῆς πολιτείας εἶναι πλείους τῶν μὴ μετεχόντων, D τοῦτο τάττειν. ἐθέλουσι γὰρ οἱ πένητες καὶ μὴ μετέχοντες τῶν τιμῶν, ἡσυχίαν ἔχειν, ἐὰν μὴ ὑβρίζῃ τις αὐτοὺς, μήτε ἀφαιρῆται μηδὲν τῆς οὐσίας. ἀλλὰ τοῦτο οὐ ῥᾴδιον. οὐ γὰρ ἀεὶ συμβαίνει χαρίεντας εἶναι τοὺς μετέχοντας τοῦ πολιτεύματος. καὶ εἰώθασι δὲ, ὅταν πόλεμος ᾖ, ὀκνεῖν, ἂν μὴ λαμβάνωσι τροφὴν, ἄποροι δ' ὦσιν· ἐὰν δὲ πορίζῃ τις τροφὴν, E βούλονται πολεμεῖν. ἔστι δ' ἡ πολιτεία παρ' ἐνίοις, οὐ μόνον ἐκ τῶν ὁπλιτευόντων, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ὡπλιτευκότων. ἐν Μαλιεῦσι δὲ, ἡ μὲν πολιτεία ἦν ἐκ τούτων· τὰς δ' ἀρχὰς ᾑροῦντο ἐκ τῶν στρατευομένων. καὶ ἡ πρώτη δὲ πολιτεία ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἐγένετο μετὰ τὰς βασιλείας, ἐκ τῶν πολεμούντων· ἡ μὲν ἐξ ἀρχῆς, ἐκ τῶν ἱππέων· τὴν γὰρ ἰσχὺν καὶ τὴν ὑπεροχὴν ἐν τοῖς ἱππεῦσιν ὁ πόλεμος εἶχεν. F ἄνευ μὲν γὰρ συντάξεως ἄχρηστον τὸ ὁπλιτικόν. αἱ δὲ περὶ τῶν τοιούτων ἐμπειρίαι καὶ τάξεις, ἐν τοῖς ἀρχαίοις οὐχ ὑπῆρχον. ὥστ' ἐν τοῖς ἱππεῦσιν εἶναι τὴν ἰσχύν. αὐξανομένων δὲ τῶν πόλεων, καὶ τῶν ἐν τοῖς ὅπλοις ἰσχυσάντων μᾶλλον, πλείους μετεῖχον τῆς πολιτείας. διόπερ ἃς νῦν καλοῦμεν πολιτείας, οἱ πρότερον ἐκάλουν δημοκρατίας.

neque iudicia, neque conciones exerceant. Eodem modo circa arma, & circa gymnaſia legibus ſtatuunt. pauperibus enim licet non habere arma. diuitibus autem pœna conſtituta eſt, niſi habeant, & ſi gymnaſio ſe non exerceant pauperes, nulla pœna eſt: diuitibus autem eſt pœna, vt alij metu pœnæ ſe exercere compellantur, alij qui nullam formident pœnam, non faciant. Hæc igitur paucorum potentiæ ſunt machinamenta. In populari autem ſtatu contra hæc, alia excogitant. Pauperibus enim ſalaria ſtatuunt concionantibus atque iudicantibus: diuitibus autem nullam pœnam imponunt. Itaque manifeſtum eſt, ſi quis velit iuſtè hæc temperare, quòd oportet vtrinque aſſumere, & illis quidem ſalaria conſtituere, his autem pœnam, ſic enim omnes cōmunicarēt: nā illo quidē modo reſpublica fit alterorum ſolū, oportet quidem rempublicam eſſe ex iis ſolum qui arma poſſident. Cenſus autem magnitudo definiri ſimpliciter nō poteſt, ſed conſiderata qualitate, attinet maximum, vt qui participant republica ſint plures quàm ij qui non participant, hunc inſtituere. Volunt enim pauperes & honorum expertes, quietem agere, ſi neque contumelia eos quis afficiat, neque bona illis auferat. ſed hoc non facilè: non enim ſemper contingit vt qui rempublicam gubernant, ſint mites & humani. & conſueuerunt quoties bellum eſt, grauiter ferre, niſi ſuſcipiant alimenta, nam ſunt egeni: & ſiquis alimenta porrigat, cupiunt bellum. Apud quoſdam gubernatio reipublicæ exiſtit, non in iis qui ad armaturam ſunt habiles, ſed in iis qui exercebant arma. in Malienſibus quidem gubernatio reipublicæ erat in iſtis: & magiſtratum creabant in iis qui militabāt. Primáque reſpublica apud Græcos conſtituta eſt ex his qui bellum gerebant, poſteaquam deſierunt regna: ab initio quidem ex equitibus, nam robur belli tunc in equitibus habebatur. peditatus enim niſi ordo ac diſciplina adſit, inutilis eſt. huiuſmodi autem diſciplina & ordo antiquis illis temporibus nondum erat: ex quo fiebat, vt in equitatu robur belli haberetur. ſed auctis ciuitatibus quæ in armis potentiam habebant, plures ad communionē reipublicæ recepti ſunt. ex quo factum eſt, vt quas nunc reſpublicas vocamus, tunc popularis ſtatus diceretur.